



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Abstinentia. 22

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

XXII. *Abſtinentia.*

Quam aſperam domi ſuæ vitam victumque Antonius amarit; quidque aliud ibi, non Spartanè, ſed Chriſtianè egerit, ſeorſim docuimus ſuprà. Nunc ab eius in Seminarium ingreſſu aucta in maius, intentaque omnia: neque primæ conſuetudini mutatum aliud; quàm quæ veterum exercitationũ ſtudia non quotidie rigores intendere. Ideo non viſum ſuprà repetere: datum hoc honori magnæ Virginiſ fuiſſe, vt omni eius peruigilio, æquè ac omni ſabbatho, ſtatim ſibi ieiunium aqua ſola panèque condiret; & agrè adducere potuiſſe, vt ſub vltimos vite diſpauillulo vini frigidam finere temperari: certè quoad in Seminario prouixit, Veneris die

mo

mo
 per
 inſi
 pra
 hab
 tan
 qua
 ti
 Cer
 nio
 rieb
 niu
 ret
 lau
 pal
 ha
 tur
 dur
 bat
 guſ
 iam
 me

VBALDINI. 51

morienti Christo luctuosum,
per omnes anni hebdomadas; ita
insuper coluit, ut ferculū, quod
prandij totius, aut cænæ, caput
habebatur, intactum semper,
tametsi famelicus, reliquerit; id
quantulumcumq; studium pa-
tienti Numini gratificaturus.
Ceteris quoque diebus peringen-
niosè modos alios ex alijs repe-
riabat, quibus clanculo suum ge-
nium, in esu potūque defrauda-
ret; Nam & eos ferè cibos, quos
lautiusculè condites, allubescere
palato senserat, aspernabatur:
hand aliter, ac si refugiente na-
tura, fastidiret: & mensæ inter-
dum cum alijs assidens, contine-
bat se, ne quid esculenti prius de-
gustaret, quàm de cana propè
iam finita surgeretur; tum su-
mere demum aliquid, simul in-
cepta-

ceptabat ferè, ac desinebat. Interdum vitato dexterè triclinio, dabat negotium contubernali, vt panis ambefi crustulum è cæna reliquijs, sibi clam seponeret. Atque eo dein apophoreto, velut epulis saliaribus, iucundè vescabatur. Oblatos anni fructus, quiqui essent, cum aliàs rarò parcèque attingere; tum præsertim eorum primitias, nunquam sibi volebat capere; sed vt erant, illibatas, auctori Deo, omnes remittere. Vini modicus, ac propè abstemius; præcauere se intestini belli dissidia dicebat, atque indidem pugnas, quas liquor ille conciret: ea propter affusus, non plus tribus quatuorvè meri guttulis, sitim aqua ferè pura puta coërcebat.

N
nu
ad
Te
du
acc
inf
gra
sub
vt
qui
tur
cor
acu
mu
qui
bat
feri
acc
ret.